

bantur. Illi propheta erant designati ab Achab...

Actor. 22. n. 26. Quo audito Centurio accessit ad Tribunum & nuntiavit ei dicens...

Versiones.

CUM EXPOSITIONE VI.

Usque ad Vers. 40.

38. Vers. 26. Quo audito Centurio anceps, & duobus harenis rem retulit ad Tribunalum...

40. Vers. 28. Respondit tribunus, Ego multa summa civilitatem hanc consequutus sum. Syriac. Multa pecunia acquisivi...

41. Vers. 29. Proinus discesserunt ab illo. Syriac. Qui fuerant ab eo flagellatione inquisituri...

43. Quando Paulus reputabatur homo communis, & vilis absque ullo examine condemnabatur...

QUESTIO VII.

Quare Paulus cum natus esset Tharso Cilicia dicitur Civis Romanus?

44. Hanc magnam dignitatem, quod esset Civis Romanus, illiusque privilegii gauderet...

sum a mea nativitate, quomodo ergo hoc possit stare, cum esset natus Tharso Cilicia.

Conveniunt omnes, quod Tharsus Civitas ob magna sua merita erga Romanos hanc dignitatem obtinuit...

Communis, & vera sententia est, quam tradunt Dio Cassius lib. 47. & Baron. in epitome Spondani anno Christi 58. n. 59. quod Tharsenses in bello Civili multum Julio Caesari adjuvarunt...

De privilegiis Romanorum late agit Brissonius lib. 1. antiqui Juris Civilis cap. 13. Inter cetera quod ad rem nostram pertinet, illud erat Romanos Civis verberibus caedi, aut in Crucem agi fas non erat...

QUESTIO VIII.

Quare D. Paulus, qui ter virgis casus est, modo recusat flagellari a Tribuno.

At noster apostolus 2. Corinth. 1. n. 25. Ter virginis casus fui, in presenti vero fortiter recusat verberari, dicens se esse Civem Romanum...

Quod Paulus flagelletur, quia erat Christi discipulus, & Jesum Christum praedicabat, haec libenter sustinebat, gaudebatque, at vero, quod ad verbera damnetur ob multa falsa testimonia, quod erat nempse homo seditiosus, amotinatus Civitatis pacisque perturbator...

Ait Ecclesiast. 26. n. 6. Delaturam Civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem super mortem omnia gravia Singula expendamus, Delatura Civitatis, seu illius commotio, ac tumultus Collectio populi, seu ut legit Tigurina seditio; seu conglomerata turba populi, Calumnia mendax, dum per falsos testes producitur, haec majorem dolorem, atque angorem super mortem inferunt...

Ait Salomon Proverb. 25. n. 18. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, & vir, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Graecus sic vertit

verit. Malleus, & gladius, & sagitta acuta. Qui falsum testimonium profert contra proximum suum, non uno modo, sed omni genere bellorum adversus innocentem insurgit...

At Ecclesiast. 7. n. 8. ait. Calumnia conturbat sapientem, & perdit robur cordis illius. Calumniatoris verba falsa, & mendacia componunt, & ait talium loquela conturbat sapientem. Tigurina legit: Ad insaniam adiget ac si pra dolore, & tristitia statim conturbet cor sapientem...

CAPUT XXIII.

- 1. Intendens autem in concilium Paulus ait. Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum usque in hodiernum diem.
2. Princeps autem Sacerdotum Ananias praecipit astantibus sibi percutere os ejus.
3. Tunc Paulus dixit ad eum. Percutiet te Deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti?
4. Et qui astabant dixerunt, Summum Sacerdotem Dei maledicis?
5. Dixit autem Paulus; Nesciebam fratres, quia Princeps est Sacerdotum. Scriptum est enim, Principem populi cui non maledices.
6. Sciens autem Paulus quia una pars esset Sadduceorum, & altera Phariseorum, exclamavit in Concilio: Viri fratres, ego Phariseus sum, filius Phariseorum, de spe, & resurrectione mortuorum ego iudico.
7. Et cum dixisset, facta est dissensio inter Phariseos, & Sadduceos, & soluta est multitudo.
8. Sadducei enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum, Pharisei autem utraque consentunt.
9. Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Phariseorum pugnant dicentes, Nihil mali invenimus in homine isto, quid si Spiritus mali invenimus in homine isto, quid si Spiritus?
10. Et cum magna dissensio facta esset, timentes tribunus ne discerneretur Paulus ab ipsis iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra.
11. Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait, Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet, & Roma testificari.
12. Facta autem die collegerunt se quidam ex Iudaeis, & devoverunt se dicentes, neque manducanturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.
13. Erant autem plusquam quadraginta Viri, qui hanc conjunctionem fecerant.

- 41. Qui accesserunt ad Principes Sacerdotum & Seniores, & dixerunt, Devotione devotissimus nobis nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.
15. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum Concilio, producat illum ad vos, tamquam aliquid certius cognituri de eo. Nos vero primum appropiet parati sumus interficere illum.
16. Quod cum audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intravit in castra, nuntiavitque Paulo.
17. Vocans autem Paulus ad se unum ex Centurionibus ait, Adolescentem hunc perduc ad tribunal, habet enim aliquid indicare illi.
18. Et ille quidem assumens eum duxit ad tribunal, & ait, Vincens Paulus rogavit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.
19. Apprehendens autem tribunus manum illius cecidit cum eo seorsum, & interrogavit illum, Quid est, quod habes indicare mihi?
20. Ille autem dixit, Iudaeis convenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in Concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo.
21. Tu vero nec credideris illis, insidiantur enim ei ex eis Viri amplius, quam quadraginta, qui se devoverunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum, & nunc parati sunt, expectantes promissum tuum.
22. Tribus igitur dimisit adolescentem, praecipiens ne cui loqueretur quoniam hac nota sibi fecisset.
23. Et vocatis duobus Centurionibus, dixit illis, Parate milites ducentos, ut eant usque Caesaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, a tertia hora noctis.
24. Et iumenta preparate, ut imponentes Paulum, saluum perducerent ad Felicem praesidem.
25. Timuit enim ne forte raperent eum Iudaei, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam.
26. Scribens epistolam continentem haec, Claudius Lias optimo praesidi, Felicis, salutem.
27. Virum hunc comprehensum a Iudaeis, & incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu eripui, cognovi quia Romanus est.
28. Volensque scire causam, quam obiciebant illi, deduxi eum in Concilio eorum.
29. Quem inveni accusari de questionibus legis ipsorum, nihil verò dignum morte, aut vinculis habentem criminis.
30. Et cum mihi perlatum esset de insidiis, quas paraverant illi, misi eum ad te, denunciatis accusatoribus, ut dicant apud te, Vale.
31. Milites ergo secundum praeceptum sibi, assumentes Paulum duxerunt per noctem in Antipatridem.
32. Et postera die dimissis equitibus, ut cum eo irent, reversi sunt ad castra.
33. Qui cum venissent Caesaream, & tradidissent epistolam praesidi, statuerunt ante illum, & Paulum.
34. Cum legisset autem, & interrogasset, de qua Provincia esset, & cognoscens, quia de Cilicia.
35. Audiam te (inquit) cum accusatores tui venerint. Iussitque in pratorio Herodis custodiri eum.



ARGUMENTUM.

Paulus postus in Concilio incipiens dicere suam causam a Pontifice jubetur percuti, cui ait Paulus: Percutiet te Deus, paries dealbate, declarat Paulus se esse Pharisaum; & ne aliqua discordia oriatur inter Pharisaeos, & Sadducaeos, a Tribuno abducitur Paulus, ut forte interficiatur; apparet Deus a postolo confortans eum.

Act. 23. n. 1. Intendens autem in Concilio Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum in hodiernum diem.

Versiones.

PRIMA EXPOSITIO

usque ad Vers. 5.

1. Syriac. Arabic.

Verf. 1. Intendens autem in Concilio Paulus. Syriac. Cum autem intueretur in concessum eorum. Arabic. Cum contemplatus esset. Cum ergo firmis ac fixis oculis affantes in eo Concilio intueretur, quod erat signum magni animi, roboris, generositatis, ac innocentiae, quod in conspectu iudicum non turbaretur; & (ut existimo) proposita a Tribuno causa comprehensionis Pauli; quia in omni iudicio prius causa rei proponitur, quam ipse iubeatur loqui pro se, & data facultate dicendi Ait: Viri fratres, & non adjicit Patres, ut c. 22. n. 1. quia hic conversus est ad Pharisaeos, & cum ipsis tantum loquebatur, vel quia citato c. 22. narravit factum conversionis: at vero hic stabat coram iudicibus, & ne videretur benefico titulo eorum gratiam sollicitare cum aliqua iustitiae lectione, & ideo nomen Patres omisit, & generali nomine fratris usus est.

2. Act. 2. Cur non dicit Patres.

Ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum. Arabic. Ego omni mente bona me, essi. Aethiop: Ego in omni bona doctrina adhaesi Deo. Ego semper manere meo functus sum Deo, sive in Iudaismo, sive in Christianismo; in Iudaismo ex conscientia erronea, qua eram seductus multum pugnans pro lege; nunc vero in Christianismo Dei gratia illuminatus fortius pro Evangelio.

3. Syriac. Aethiop.

Verf. 2. Princeps autem Sacerdotum Ananias (quoniam esset, dicam q. 3) praecepit astantibus sibi percutere os ejus. Syriac. Ut cadrem Paulum in os ejus. Ille autem Princeps Sacerdotum cum esset Judaeus malevolentia, ira, ac furore, & odio erat ferventius in Paulum, & ideo non est passus ipsum audire, ac proinde, antequam Paulus loqueretur, mandat percuti os ejus, tanquam hominis impii, & blasphemii, qui non erat dignus, ut audiretur. Carthus. existimat Principem Sacerdotum fuisse indignatum, quia Paulus eum more patrio non salutasset.

4. Syriac.

Verf. 3. Percutiet te Deus, paries dealbate. Syriac. Futurum est, ut te percutiat Deus. Arabic. Certè Deus est te percussurus, paries albedine lustrate. Verba Pauli non sunt animi iracundi, sed ex zelo iustitiae, nec verba sunt per modum deprecativum percutiat te Deus, sed spiritu prophetico percutiet, Syriac. Arab. futurum est, ut percutiat te ob tuam malitiam.

5. Syriac. Arabic.

Paries dealbate, seu illustrate, significat hominem hypocritam exterius habens apparentiam iustitiae, & non interius, de quo q. 3. cum debeas iudicare juxta legem, agis contra legem Divinam, & naturale cum percutias hominem nec damnatum, nec auditum.

6. Syriac. Arabic.

Verf. 4. Summum Sacerdotem Dei maledicis. Syriac. Sacerdotem Dei convitio afficis. D. Cyp. epist.

55. In silis in Sacerdotem Dei maledicendo; atque illud percutiet te Deus, fuit dictum ab Apostolo spiritu prophetico, ut modo dixi; quia vero aliqui codices habent percutiat te Deus per modum optativum, frequenter apud Hebraeos futurum ponitur per optativum. Deinde ut docent D. Aug. in Pl. 78. & D. Hier. in Psal. 11. Paulus Apostolus ea auctoritate, & zelo iustitiae non solum intentari, sed etiam imprecari iustam dei iram impio Pontifici, & ut tali agnito, ad correctionem ejus, ac emendationem aliorum, de quo q. 2. Addit D. Chrysostom. hunc summum Sacerdotem, Paulo responso adeo percussus, & mortuo simile fuisse, nec verbum proferre potuisse, sed alios pro eo responsum dedisse.

D. Aug. D. Hier.

D. Chry. 1. 1. 1. 1.

Verf. 5. Nesciebam, quia Princeps est Sacerdotum; Quia Paulus multo tempore fuerat in Ierolyma, & non agnoverat, quis esset Summus Sacerdos, nam eum maledicere prohibitum erat, Exod. 22. n. 28. & Paulus adducens locum Exod. 22. n. 28. de quo latius q. 4.

8.

QUESTIO I.

Quare D. Paulus dum introducit in Concilium est attendens in Assistentem?

At Text. Attendens in Concilium Paulus. Arab. Contemplatus esset. In quo multa magna relucet. 1. Multa confidentia ad loquendum, solent enim auditores in exordio suae orationis ex omni parte circumspicere. 2. Eius innocentia, qua iudices non timebat. 3. Eius libertas, & audacia ad dicendum. 4. Generositas animi, & fortitudo, qua solus inter tot adversarios stat. 5. Ardor, perspicacia, & vivacitas oculorum ostendebant animum vivacem sapientia plenum ad confundendos, & vincendos suos adversarios, & ideo, antequam Paulus loqueretur, summus Sacerdos ejus aspectum timens, erant enim oculi Pauli indices animi illius, mandat percutere os ejus.

9. Aspectum oculorum Pauli timens Summus Sacerdos.

Cum David exit in praelium, ait Text. de eo erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu, 1. Reg. 17. n. 4. quae verba sic legit Theod. Erat rufus cum pulchritudine oculorum; & cur, quando procedit ad bellum, notatur ejus pulchritudo oculorum: quid habent oculi pulchri cum bello; & unde illis tanta pulchritudo: explicat Theod. 1. Reg. q. 40. & ait: Theod. Vidit eum Goliath, & ei nihil fecit, quoniam esset puer, & ipse rufus cum pulchritudine oculorum; imitabantur enim animi oculi corporis, illi enim cernebant, & contemplantur eum, qui non cadit sub aspectum. Oculi externi David sequebantur oculos internos animi, qui toti erant affixi in Deum & inde mira illorum pulchritudo ad vincendum, ac triumphandum, contemplantur eum, qui non cadit sub aspectum

10. Reg. 17.

Theod. 1. Reg. q. 40.

11. D. Hier. in Psal. 11.

quandiu Moyses praesens est populo, dicebat ille Exod. 29. n. 8. Cum ita, quae loquutus est Dominus faciens; & tunc non est prolapsus in idolatriam, at vero cum Moyses ascendit in Horeb, & ibi moras trahit,

11.

Exod. 3. 1. trahit. Videns populus, quod moram faceret, Exod. 12. n. 1. Fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt sculpsile, Psal. 105. n. 24. populus valde propensus erat ad mala, ut dixit D. Stephan. Act. 7. Dura cervicet & incircumcisus cordibus; & tamen quandiu moyses est praesens non faciunt vitulum, nec adorant sculpsile; quia ipsa praesentia Moysis ardor oculorum ejus ex recta intentione in Deum ipsam populi malitiam cohibebat, ac illam vincebat; & de illa triumphabat, ut tale nefas non auderent perpetrare, & ab illo restrenabantur. Rupert. lib. 4. in Exod. cap. 24. ait: Quoties ab eo cessavit pedagogi virga sculpsile, vel similia se convertit idolatria flagitia; quod D. Nyssen lib. de Moysse antea docuerat dicens: Quasi pueri, cum pedagogus non adest, sic populus adversus Aaronem concitatus est.

Rupert.

Nyssen.

12.

Gen. 4.

Oleastr.

Qui ois caelum non potest videre caelum.

13.

Matth. 6. Colorum index in tui affertus.

Clem. Alex. 1.

Joan. 13.

Aliter (animus) ob fratricidium, & reprobatus a Deo, a quo ei dictum est? Iratus est vehementer & concidit vultus tuus, Gen. 4. n. 5. ab animi sinu in faciem prodit furor, nec poterat in Deum aspiciere, qui in Deum flagrabat odio. Oleastr. ait, Ideo dimisit vultum, ne ad caelum; ubi Deus erat, aspiceret, a quo se lasum arbitrabatur, gravamen sui peccati, ac mala conscientiae prodibat in vultum, ut non auderet illum elevare ad caelum videndum Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 3. ait, Videlicet ira in odium versa... pondere declinavit in terram vultum ejus. Ex tanta iniquitate, quae prodibat in vultum, etiam ab illa pullulabat quidam naturalis timor, uti diceret, Omnis, qui invenerit me occidet me. Gen. 5. n. 4. Tremulento vultu occisorem contra se advocabat.

Externa praesentia oculorum latentem animum indicat; vox est Christi Domini apud Matth. 6. n. 22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Lucet in tenebris lucerna, & quod tenebris regitur, lucerna detegit, & manifestat lucerna corporis est oculus, & quod in abdito pectoris Secretario reconditur, oculus veluti clavis aperit, & patefacit. Clemens Alexand. lib. 3. Pedagog. cap. 11. ait, Oculus est per quem aperiantur interna, & ideo cum Christus d. dixisset, Unus ex vobis tradet me. prodicione indicata. Subdit Evangelista Joan. 13. n. 22. Aspiciabant ad invicem Discipuli haesitantes de quo diceret, an ex vultu possent conjecturare illum, qui talia erat facturus, quod de se timens Judas conscientia accusatrice, statim subditur n. 30. Ex tui continuo ne ex facie deprehenderetur. Vide cap. 20. quaest. 14 num. 114. 115. 116.

Matth. 6. Colorum index in tui affertus.

QUESTIO II.

Quare D. Paulus summum Sacerdotem appellat parietem dealbatum.

Quamvis juxta doctrinam datam a Christo D. Luc. 6. n. 28. Ne quis maleficientibus malefaciat, & maledicat maledicentibus, & imprecetur. Et idem Apostolus etiam praecipit. Rom. 12. n. 14. tamen aliquando, ut docet D. Gregor. lib. 4. moral. cap. 6. Verum licet zelo iustitiae, & iudicialia potestate, atque sine vindicta a liore, & sine odio. Sic fecit idem Paulus 2. Timoth. 4. n. 14. Petrus Act. 8. & Elia 4. Reg. 2. n. 30. & Jerem. 11. & Sancti in Caelo clamant, Usquequo Domine non iudicas, non vindicatas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra, Apostol. 6. n. 10. quod provenit ex zelo iustitiae, & ad emendationem, & correptionem aliorum.

14. Luc. 6.

Rom. 12. D. Greg.

Act. 8. 4. Reg. 1. Sancti potestant panem ex zelo iustitiae.

15. Matth. 23.

appellat Paulus in praesenti Parietem dealbatum, sicut Christus Dominus appellavit Pharisaeos,

Matth. 23. n. 27. Hypocritas sepulchra dealbata, quae exterius apparent pulchra, & candida, interius vero sunt plena ossibus, vermicibus, ac multa spurcicia, quo notatur eorum hypocrisis, qua exterius exhibent speciem puritatis, ac sanctitatis, cum interius abundant omni iniquitate, ut satis ex multis Patribus dixi ad citatum locum Matth.

Hypocritas, sicut domus natur.

Eleganter D. August. lib. 1. de Sermone Domini in monte cap. 12. Paulum cum ait, Percutiet te Dominus, paries dealbare intelligitur propheta est paries quippe dealbatus, simulatio est Sacerdotalem proferens dignitatem, & sub hoc nomine, tanquam candido regimento, interiorum quasi Lunam turpitudinem occultans, paulus contra iniquum Sacerdotem minatur divinam iram. Percutiet te; & ad hoc nullum aliud crimen contra eum opponit, nisi quod sit paries dealbatus, cur non potius eum dicit sacrilegium, scelestum, injustum, sed tantum sit paries dealbatus, hoc maxime inter omnia sollicitabat Divinam iram, quod in illa dignitate solum haberet exteriorem splendorem nominis, & honoris, & intus omni fructu illius careret, qui habet dignitatem sine suis operibus, & de solo nomine gaudere vult, maxime est execrabile.

16. D. Aug.

Nomen sine fructu pro vocat iudicium Dei.

Ait Deus per Sophon. 1. n. 4. Disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina aditiorum cum Sacerdotibus; Septuaginta, Et nomina Sacerdotum cum Sacerdotibus; cum Divina ira insurgit ad deperdendum, & contra quid armata fulminat suum furor, nempe contra nomina aditiorum, ac nomina Sacerdotum, nil enim magis intolerabile, quam nomen vacuum sine operibus, habere nomen dignitatis splendidum, & illi non correspondere, maxime sollicitat Divinam iram. D. Hieron. 160. Auferat ait Dominus nomina Sacerdotum cum Sacerdotibus, quia frustra sibi applaudunt in Episcopali nomine, & in Presbyteri dignitate, & non in opere, Unde signanter non ait, & opera Sacerdotum cum Sacerdotibus, sed qui tantummodo falsa nomina proferunt dignitatum, & malis operibus sua nomina deserunt.

17. Soph. 1. Septuag.

D. Hier. Non nomina dignitatum, sed opera placens Deo.

Maxime iratum se ostendit Deus contra Regem Sedeciam. Te autem prophane, impie, cuius venit dies in tempore iniquitatis praesentia a Deo ad mortem, & poenam tuam, explicat Chaldaeus, Vatabl. ragninus, & alii, & subdit Aufer cidarim tolle coronam, non haec est, Ezechiel. 21. n. 26. videtur contradictio; nam videtur habere, cum dicit, Tolle coronam, & statim subdit haec non est, id est illa corona non est corona, quia quamvis in apparentia, splendore, ac nomine videatur corona tamen cum meritis non sit redimita, sed vacua, vere ac realiter non est corona, quae serviat ad honorem, sed ad ignominiam. Salvian. lib. 4. de providentia ait, Quid est aliud Principatus sine meritum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine, Quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto?

18. Chald.

Ezechiel.

Dignitas sine merito est titulus sine honore. Salvian.

Ait Regius Vates psalmo 111. num. 9. In circuitu impij ambulat, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Ex Hebraeo legit Pagninus, In circuitu impij ambulat; cum exaltari fuerint, vilitas est filijs hominum. Multi magno affectu ambiunt dignitates, quibus consequitis suam inhabilitatem, ac insufficientiam ostendunt, sese infamiae, ac ludibrio exponunt, quod opportuna imagine explicat Plutarchus, & ait, Si quis stultas parvulas, atque ridiculas pedamentis, & basibus magnificis, atque sublimibus imponeret, multo minores ad aspectum proponeret, multoque magis ridendas, ita sane, qui indigno dignitate, & honore

91. Psal. 111. Pagnin

Dignitas sine merito est ad ignominiam. Plutarc.